

zu Oder

O.i.840(1-101).



THESES
DE ACQVIREN-
DA VEL AMITTENDA
POSSESSIONE.

AD QVAS
DEO DVCE ET AVSPICE CHRISTO,
SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISSIMO-
rumque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
& D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fi-
isci, in celeberrimo iuris florentissimæ Agrippinensis
Academiæ Collegio, exercitij gratia re-
pondere conabitur.

HERMANNVS Brabender VV.

Anno redemptionis humanae CIC. ID. LXXXII.
XXVI. Nouemb.



COLONIAE AGRIPPINAE Aa
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

87.

a-4

CONTINVATIO.

Q Via præcedente disputatione, quibus modis de iure g̃etium dominia rerum acquirantur actum est, iusta methodo ad materiam possessionum, quæ est usucaptionis causa ac fundamentum transitum facimus.

THEISIS I.

Possessio est rei corporalis, (a) detentio, (b) cum affectione seu animo possidendi. (c)
(a) incorporealia enim propriè non possidentur, l. possideri 3. l. naturaliter ff h.t.
l. ait prætor 23 §. item ei 2. ff. quib. ex caus. maior. hinc ICti. cum rebus incorporeis possessionem tribuunt, utuntur distinctionibus improprietatem denotantibus, d. l. ait
prætor & l. 3. §. fin. de vi & vi armat. l. 10. ff. si seruit. vind. l. apparet §. penult de itin. actuq;
priuato (b) quam Græci κατοχὴν appellant, l. 1. ff. h.t. esse detentionem patet ex eo quod
a sedibus dicitur quasi positio. At sedere in loco aliquo, aut in locum aliquem se ponere
nemo potest, nisi qui locum possidet, d. l. 3. l. quemadmodum, l. ferè ff. de reg. iur. item cō-
muniter Dd. in l. 1. ff. cod. (c) d. l. 3. l. quemadmodum, l. ferè ff. de reg. iur. l. qui bona fide §.
fin. h.t. VVes. in parat. glossa in l. 1. cod.

II.

*Species possessionum variæ à Dd. traduuntur alijs simplicem, (a) alijs duplicem, (b) alijs
triplicem (c) constituant: Nos eam in Ciuilem & Naturalem distinguimus. (d)*

(a) Azo & antiquus glossator Placentinus in l. 1. ff. de acq. vel amitt. poss. item hanc sen-
tentiam tenere Ripam in rubric. de causa propriet. & possess. ext. Alciatum in l. 1. h.t. & l.
quæstio de verb. sig. refert Borcholt in tract. de acq. vel amitt. poss. cap. 2. in 3. diuisio. n. 3.
(b) Borch. d. tract. cap. 2. diuis. 4. glossa in l. 1. VVes. in parat. nu. 3. cod. Dinus in c. sine pos-
sessione de reg. iur. in 6. tradit. Zasius in l. 1. in princ. (c) Bart. in l. 1. h.t. naturalem à corpo-
rali separat, quem videtur sequi. Cuiac. Inst. per quas perso. nob. acq. (d) per l. 1. §. deiicitur
de vi & vi armat. l. 2. §. 2. quod vulgo ff. pro hærede, l. stipulatio ista habere licere §.
hæc quoque stipulatio de verb. oblig.

III.

*Ciuilis possessio est quando quis rem possidet opinione & cogitatione domini. (a) Natu-
ralis quando opinio domini abest. (b) Quare nemo ciuiliter & naturaliter simul possidere
potest.*

(a) l. si seruus depositus §. 1. de noxa. l. act. l. quæcumque de public. in rem, l. penult. de
furt. Borch. in cap. 2. d. tract. (b) d. l. si seruus & l. quæcumque l. penult. ff. de furtis, vbi hæc
duo à l. C. opponuntur iure dominij & non iure dominij possidere.

IV.

*Adipiscimur possessionem per nosmetipso (a) animo & corpore simul, (b) vel per ali-
os, idq; ratione patriæ vel dominicæ potestatis, (c) vel ratione mandati vel officij. (d)*

(a) l. 1. §. adipiscimur, ff. h.t. (b) solus enim animus ad acquirendam possessionem non
sufficit, l. qui vniuersas §. quod per colonum h.t. nec solum corpus sed vtrumque cōcur-
re oportet, l. possideri 3. in princ. h.t. (c) d. l. 1. §. item acquirimus & §. adipiscimur ff. h.t.
(d) §. non solum Inst. per quas personas nobis. Borch. cap. 3. nu. 2. in tract. de acq. vel amitt.
possessione.

V.

Ratione patriæ vel dominicæ potestatis possessionem nobis acquirunt serui & filij fam. & quidem ignorantibus earum rerum quas peculiariter tenent, (a) quid utilitatis causa, iure singulari receptum est, ne cogantur domini per momenta species & causas peculiorum inquirere. (b)

(a) d.l.1.§.item acquirimus, l.3.§.saltus ibique glossa ff.h.tit. (b) l. peregrē §. quæsitum hoc tit.

VI.

Quid ergo si serui vel filij fam. nostri non habent peculia, num ceterarum rerum nobis ignorantibus acquirunt possessionem? Et quamvis communi calculo hoc receptum sit. (a) Nos tamen negatiuam sententiam magis ll. consentaneam esse cum Zasio (b) dicimus.

(a) Dd.in l.1.§.item acquirimus ff.h.t. Schneid.in §. possidere num.139. Alciat.in l.1.§. acquirimus ff.cod. Bart.d.loc. (b) in l.1.§.acquirimus nu.11.12.cui astipulatur Iason in d. loc.text. est expressus in l.peregrē §.quæsitum h.t.l.3.§.saltus cod. l.quod à seruo de actio. & obligat.

VII.

Ratione mandati vel officij possess. nobis acquirūt, procuratores, (a) tutores, (b) curatores, (c) administratores &c. (d)

(a) l.8.C.de acq. vel retin. poss.l.1.§.per procuratorem ff.h.t. mandato præcedente etiam ignorantibus l.possessio §. vlt.cod. (b) d.l.1.§.procuratorem(c)d.l.& §.(d) l.generaliter h.tit.

VIII.

Hæc quæ diximus ita se habent, si hæ personæ intellectum possidendi habeant, illud q̄ agant quod nobis non alijs possessionem rerum acquirere velint. (a)

(a) l.1.§.hæc quæ de seruis diximus. Bart.Zasius, Castrensis d.loco in dubio tamen presumitur seruum dominio possessionem acquirere velle. Cast.d.loc.Schneid.in §. possidere Inst.de interdict.

IX.

Possideri possunt res omnes corporales, (a) & quidem una varijs ex causis, (b) quas & nemo sibi ipsi mutare potest, (c) nec refert hæ res mobiles vel immobiles (d) sint, si modo de iure non fuerint prohibita.

(a) l.possideri 3.in princ.l.naturaliter h.t.l.ait prætor §.1.ff.quib.ex caus.maior. (b) d.l. possideri §.ex pluribus causis; causam voco titulum l.4. C. de contrah. empt. & vend. & per princ.tit.de vsucap. & præscript.Inst.Zasius in d.l.3.§.ex plurib cod. Borch.d.tract. cap.6.num.1.2.34.& seqq.(c)d.l.3.§.illud quoque ff.h.t.nost.l qui bona fide §.i.cod.l.non solum, §.quod vulgo, ff.de vsucap. & usurp.l.2 §.quod vulgo ff.pro herede,l.quod meo, h.t.l.cum nemo C.cod. Mutare causam possessionis sibi ipsi dicitur, qui cum ex aliqua causa possideret hoc solum statuit, vt ex alia causa possideat, d.l qui bona §.i.h.t. (d) d.l.possideri §.nerua ff.h.t.Alciat.in l.1.num.6.l.si rem mobilem, l.rem quæ l.aues ff.cod.l.si rem mobilem h.t.l.3.in princ.h.t.

X.

Prohibentur possideri res sacrae, religiosæ, sanctæ (a) liberi homines, (b) item res univer-

uersitatum (c) alieq; non vacantes, sed ab alio possesse. Nam contra naturam est, quod duo eandem rem possidere in solidum possint. (d)

(a) & hoc quamvis locum sacrum vel religiosum pro priuato teneamus, l. qui vniuersitas §. i. h. t. in nullius. n. bonis esse dicuntur hæres §. nullius Inst. de rer. diuision. vbi Schn. Mynsing. VVes. Borch. in tractat. de acq. vel amitt. poss. cap. 5 num. 13. (b) d. l. qui vniuersitas §. i. cod. §. per liberam quoque personam Inst. per quas person. nob. acq. (c) l. i. §. municiipes d. tit. vt sunt forum, theatrum, campus martius, Basilica &c. (d) d. l. 3. ex contrario h. t. Iason d. l. §. ex contrario Bartol. & Zalius in d. §. ff. eodem. Borcholt d. tractat. cap. 6. num. 13.

X I.

Modi quibus possessio rerum acquiritur varijs in iure prescribuntur, veluti naturalis apprehensio, (a) constitutum, (b) traditio clauium, (c) retentio vsusfructus, (d) appositiu custodis, (e) signatio rei (f) adoptio eius qui possidet. (g)

(a) l. i. in princ. possideri 3. ff. h. t. (b) quando enim debitor se constituit possidere nomine creditoris ius actualis apprehensionem ipsius interuenisse statuit, l. quod meo ff. h. t. Paulus de Castro & alij Dd plures in d. l. quod meo. (c) l. clauibus, ff. de contrah. empt. & vend. l. i. §. si iusserim h. t. Schneid. in d. §. num. 113. VVes. num. 6. (d) l. quod meo h. t. l. quisquis C. de donat. & glossa ibidem: (e) l. quarundam rerum ff. h. t. & ibi glossa. Schneid. in d. §. num. 119. (f) l. quod neque §. i. ff. de pericul. & commod. rei vend. Zalius in l. 3. §. i. num. 10. h. t. (g) l. qui adoptantem, ff. præcario.

X II.

Per naturalem apprehensionem non tantum intelligo actualis & corporalem, verum etiam apprehensionem equipollentem, que oculis & affectus fit. (a)

(a) l. i. §. si iusserim, l. quod meo, §. si venditorem ff. h. t. l. clauibus C. de contrah. empt. & vend. Schneid. in d. §. possidere Inst. de interdict. num. 100. & seqq. glossa. Bartol. in d. l. quod meo §. venditorem & d. l. ii. §. si iusserim. Borcholt d. tract. cap. 4.

X III.

Acquisitam possessionem solo retinemus animo, (a) eousque donec possidendi mentem deponamus, vel è prædio deijciamur, (b) idq; verum etiā colono vel procuratore per quos ante a possidebamus morte è rerum natura sublatis. (c)

(a) d. l. 3. §. in amittenda vers. & si animo solo ff. h. t. unde licet aliis sit in fundo tam prior possidere dicitur, nec enim potior debet esse illius corporalis possessio quam illius qui animo retinet, l. quod meo in fin. h. t. l. si id quod possidemus, §. quod autem & l. quamvis in fin. eodem. (b) l. possideri 3. §. quod seruus vers. constat. d. l. i. §. in amittenda ff. h. t. nost. l. si id quod possidemus, §. quod autem, l. quod meo. §. fin. ff. eodem. Borch. in tract. de acq. vel amitt. poss. nu. 1. & seqq. cap. 7. (c) d. l. 3. §. quod si seruus, & l. si id quod possidemus ff. h. t. h. t. glossa in d. loc. Borcholt in d. tract. cap. 7. l. fin. C. de retin. vel amitt. posses.

X IV.

Quid autem si colonus deserenda possessionis causa è fundo exiit, num Dominus animo
eam

eam possessionem retinebit? Olim de hoc inter Sabinum, (a) & Proculum (b) controvērsia fuit, sed huius affirmativa sententia praevaluit.

(a) l. fi. C. h. t. vbi Imperator Sabini meminit eiusq; sententiam reicit Sabinum secutus fuit Pompon. in l. si colonus 31. h. tit. (b) l. cum quis 31. ff. de dolo, huius sententiam probauit Paulus in l. 3. §. quod si seruus h. tit. d. l. fin.

XV.

Effectus possessionis est, quod rebus possētis utimur earumq; dominium possidendo nanciscimur, (a) ut non immerito ex possessionibus cōpisse dominia IC. testetur. (b)

(a) tot. tit. ff. de vsucap. ex possessione enim procedit vsucatio, quæ est acquisitio vel adiectio dominij, l. 3. de vsucap. & usurp. VV es. in parat. num. 11. h. t. & in tit. de vsucap. & usurp. nu. 14. Schneid. in §. possidere num. 67. vbi allegat Dd. in l. si vt certo §. si duobus super verbum dominium ff. commodat. (b) in l. 1. in princ. ff. h. t.

XVI.

Et non tantū ea possessio ad acquirendum dominium possessori prodest quam ipse haberet, sed & accessione authoris vti (a) licet.

(a) l. Pomponius §. cum quis h. t. nost. & §. præterea d. l. Bartol. & gloss. ibidem, Borch. in d. tract. cap. vlt. num. 27. & seqq. Cuiac. in l. si duobus ad African. ff. de diuer. temp. præscript. & access. Dd. in §. diutina Inst. de ysu. & præscript. Inst.

XVII.

Accessionem definio coniunctionem temporum, quibus duo vel plures separatim eandem rem possederunt. (a) Sic coniunguntur tempora defuncti & hereditis, emptoris & venditoris. (b) Et quia heres in omne ius defuncti succedit, eius etiam bona fides iure civili male fidei heredi prodest, (c) quod in emptore & venditore secus est. (d)

(a) cum Borch. in tract. de acq. vel amitt. poss. allegante. Cuiac. in d. l. si duobus de diuers. tem. præscript. (b) l. de accessionibus, fl. d. tit. l. Pomponius §. hoc autem ff. hoc nost. tit. l. 2. §. etiam ff. pro empt. §. diutina Inst. de vsucap. & usurp. vbi Schneid. Mynsing. (c) d. l. Pomponius §. quæ situm eod. l. in vsucapione §. 1. ff. de reg. iur. §. diutina Inst. de vsucap. & præscriptionib. (d) l. sed et si res §. vlt. de public. in rem.

XVIII.

Nec solum ea possessio heredi procedit, quæ morti fuit iniuncta, sed ea quoquæ, quam defunctus habuit aliquando licet eo tempore quo mortuus est non habuerit. Sic etiā heredi ulteriori, defuncti possessio prodest, quamvis medius heres eius possessionem nactus non sit.

(a) l. Pomponius §. non autem ff. h. tit. (b) l. 2. §. etiam heredi ff. pro herede. Borcholt cap 8. num. 30. & 31. glossa in dd. legib. hæc ita obtinet, si medio tempore alius rem non possedit, eo enim facto possessionis continuatio interrupitur, & propter istā interrupcionem coniunctio fieri nequit, d. l. Pomponius h. t.

XIX.

Bona fidei possessores lucrantur fructus, (a) pro dominis habentur, (b) ideoq; immunes sunt

sunt ab onere probandi (c) turbantibus se in possessione, propria autoritate resistere pos-
sunt. (d)

(a) l. certum ibique glossa C. de rei vend. l. bonæ fidei emptor ibique glossa. ff. de acq.
gerum dom. l. fructus, l. qui scit §. præterea ff. de usur. & fruct. §. si quis à non domino Inst.
de rer. diuis. VVesemb. in parat. num. 7. Schneid. Mynsing. in d. §. & communiter Dd. (b) l.
bonæ fidei ff. de acq. rer. dom. donec liquido contrariū demonstretur l. fin. C. de rei vend.
l. siue possidetis, C. de probat. l. qui accusare ff. de iure fisci, l. si quidem C. de except. §. com
modum Inst. de interdict. (c) d. l. 2. C. de probat. §. commodum Inst. de interdict. præsu-
mitur enim quis dominus, atque ex titulo contractuque iusto possidere d. l. bonæ fidei ff.
de acq. rer. dom. VVesemb. in parat. num. 8. h. tit. allegans glossam final. in l. quædam de
rei vend. (d) l. quemadmodum 29. §. 1. ff. ad leg. aquil. VVesemb. in parat. d. loco num. 8. al.
legans Bart. & gloss. in l. 1. §. interdictum num. 3. de interdict. per l. 1. §. vim vi l. 3. l. cum igi-
eur ff. de vi & vi armat.

XX.

Contraria possessioni est amissio: quare de ea nunc dicere restat. Et quemadmodum
nulla possessio nisi animo & corpore (a) acquiritur, ita nulla ferè amittitur, nisi in qua
utrumque in contrarium actum est.

(a) l. ferè, l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. l. quemadmodum, l. et si nolit, l. quamuis,
l. peregrè §. quæsitum h. t. Borch. cap. vlt. num. 1. & 2.

XXI.

Ferè dico quia etiam solo animo, (a) & quidem rerum mobilium, si per furtum fra-
demq. nobis subtractæ fuerint, (b) vel quamprimum sub custodia nostra esse desierint (c)
possessio amittitur.

(a) l. 3. §. in amittenda h. tit. quod tamen ita procedit, si quis purè de possessione
decedat, vt si nolit amplius possidere, nulla adiecta conditione, tunc enim statim posses-
sionem amittit, l. si me in vacuum h. tit. Nam possessiones sub conditione traditæ, non
prius accipientium fiunt, quam si existant, l. qui absenti §. hoc amplius eodem. (b) l. rem
quæ d. tit. (c) rerum enim mobilium neglecta atque omissa custodia, quamuis eas nemo
inuaserit veteri possessioni damnum adferre solet, l. si rem mobilem, l. 3. §. nam pecus §.
dissimiliter, §. feras bestias ff. hoc nost. tit. l. si id quod eodem.

XXII.

Alijs quoque modis possessio amittitur veluti si res nostra per vim, (a) vel inundatio-
nem (b) occupentur sacræ religiosæ fiant, (c) vel si ille qui possidet in alterius potestatem
veniat, (d) aut mortem cum vita commutet. (e)

(a) l. 3. §. in amittenda vers. constat h. tit. & dicimus vi deieeti cum reuertentes nos ali-
quis repellit, aut nos ita desinimus possidere animo, quod suspicemur repelliri nos posse
ab eo qui ingressus est possessionem, l. si id quod possidemus §. fin. l. et si nolit, ff. h. tit. (b) l.
3. §. Labeo l. Pomponius in princ. l. qui vniuersas eodem. & hoc obtinere puto, si totus
ager sit inundatus, secus si pars, cum vsu partis retineatur ius totius, l. 3. d. tit. (c) l. qui vni-
uersas h. tit. Schneid. in d. §. possidere Inst. de interdict. num. 161. Borch. cap. vlt. d. tractat.
(e) l. cum hæredes & ibi Bart. gloss. Zasius & communiter Dd. Morte enim finitur volun-
tas sine qua possessio esse nequit, l. 4. ff. locati.

Et mor-

XXIII.

Et morte extingui possessionem adeo verum est, ut etiam filij sui hæredes ad consequendam possessionem bonorum paternorum naturali apprehensione (a) opus habeant.

(a) ipso enim iure ad hæredes non transit, l. cum hæredes ff. h. tit. l. l. §. sc̄euola ff. si is qui testament lib. esse iuss. fuer. cūm non sit hæreditat. d. l. l. §. sc̄euola Bart. in l. cum hæredes eodem. Borch. in d. tract. de acq. poss. cap. vlt. num. 26. Gail lib. 2. obseru. tract. 129. contra Accurs. in l. in suis ff. de lib. & posthum. & in §. sui Inst. de hæred. qualit. & diff. Io. Coras. Misc. cap. 12. lib. 6.

XXIV.

Hæc num in feudalibus obtineant controvērsæ questionis est? Ego distinguendum esse non puto. (a)

(a) arg. l. possideri l. 8. l. quamuis saltus ff. h. tit. nost. Borch. in tract. de acquir. vel amitt. poss. cap. vlt. num. 27. allegans Matthæum de Afflictis in c. vnic. §. sciendum num. 12. de feud. cognit.

COROLLARIA.

I.


Nihil commune habet proprietas cum possessione, & ideo non deneratur ei interdictum uti possidetis, qui cœpit rem vendicare.

textus expressus in l. naturaliter §. nihil commune ff. h. t. vbi Bartol. Zasius, Iason, Casstrensis & omnes ferè Dd. latè hac de retractant.

II.

Petitorium & possessorium cumulari possunt, nisi ratio contrarietas obstat. (a)

(a) (glossa, Dd. in vtramque partem in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. vel amitt. poss.



AB:153255
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Cod. 12

Farbkarte #13

	B.I.G.
Centimetres	8
Inches	1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Blue	
Cyan	
Green	
Yellow	
Red	
Magenta	
White	
3/Color	
Black	

THESES DE ACQVIREN- DA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.

AD QVAS
EO DVCE ET AVSPICE CHRISTO,
V B PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISSIMO-
mque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fi-
isci, in celeberrimo iuris florentissimæ Agrippinensis
Academiæ Collegio, exercitij gratia ref-
pondere conabitur.

HERMANNVS Brabender VV.

Anno redemptionis humanae CIC. ID. LXXXII.
XXVI. Nouemb.



COLONIAE AGRIPPINAE Aa
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

87.

